

Hermannschronik

(MGH SS 5, S. 131.37–133.43)

obsidione avocavit; eumque sibi per omnia consentaneum inveniens; sed econtra Andream consiliis suis minus parentem experiens, offensus, eique excommunicationem, utpote delusa sede apostolica, minitans, cum imperatore discessit et aliquantum cum eo temporis mansit. Ipsis diebus imperatrix item filium quem Counradum postea vocaverunt, imperatori peperit.

Discordia inter Gebehardum Ratisponensem praesulem et Counradum Baioariae ducem mota et agitata.

Reliquiae beati Zenonis confessoris a Walthario Veronense episcopo in Alamanniam ad villam Ulmam allatae, plurimis per haec tempora claruere miraculis.

Constantiae basilica sanctae Mariae corruit.

MLIII. Imperator cum domno papa multisque episcopis et principibus natalem Domini Wormatiae egit. Ubi cum papa, sicut dudum coeperat, Fuldensem abbatiam aliaque nonnulla loca et coenobia, quae sancto Petro antiquitus donata feruntur, ab imperatore reposcens exegisset, demum imperator pleraque in Ultraromanis partibus ad suum ius

Wien Hs. 3399, Fol. 106^v–109^vMuri-Sarnen Hs. 10, Fol. 96^r–97^r

consentaneum; sed econtra Andream suis consiliis et versutis sese experiens deludentem illum excommunicare minatus est et sic cum imperatore inde discessit et aliquantum temporis cum eo mansit.

Ipsis diebus imperatrix item filium, qui Chuonradus postea vocatus est, imperatori peperit.

Discordia inter Gebehardum Ratisponensem presulem et Chuonradum Baioariae ducem mota et agitata est.

Reliquiae sancti Zenonis ad Ulmam a Verona allatae sunt; plurimis, ut fama divulgavit, claruere miraculis

Constantiae basilica sancte Mariae corruit.

MLIII. Imperator cum domno papa natalem Domini Wormatiae egit. Ubi cum papa, sicut dudum inceperat, Fuldensem abbatiam aliaque nonnulla loca et cenobia quae sancto Petro antiquitus donata feruntur ab imperatore reposcens exegisset, demum imperator pleraque in Ultraromanis partibus ad suum ius pertinentia pro Cis-